

Jacobus de Voragine | Legenda aurea

Jacobus de Voragine

Legenda aurea

Lateinisch / Deutsch

Ausgewählt, übersetzt und herausgegeben
von Rainer Nickel

Reclam

Für Johanna und Katharina

RECLAMS UNIVERSAL-BIBLIOTHEK Nr. 14408

1988, 2023 Philipp Reclam jun. Verlag GmbH,

Siemensstraße 32, 71254 Ditzingen

Gestaltung: Cornelia Feyll, Friedrich Forssman

Druck und Bindung: EsserDruck Solutions GmbH,

Untere Sonnenstraße 5, 84030 Ergolding

Printed in Germany 2023

RECLAM, UNIVERSAL-BIBLIOTHEK und

RECLAMS UNIVERSAL-BIBLIOTHEK sind eingetragene Marken

der Philipp Reclam jun. GmbH & Co. KG, Stuttgart

ISBN 978-3-15-014408-4

www.reclam.de

Legenda aurea

1 De sancto Andrea apostolo

Post ascensionem Domini divisis apostolis Andreas apud Scythiam, Matthaeus vero apud Margundiam praedicavit. Viri autem illi praedicationem Matthaei penitus respuentes ei oculos eruerunt et vinctum incarceraverunt post paucos dies occidere eum disponentes. Interea angelus Domini sancto Andreae apparuit et Margundiam ad sanctum Matthaeum ire praecepit; quo respondente se viam nescire iussit, ut ad ripam maris iret et ad primam navem, quam inveniret, intraret. Qui vel ocius iussa complens ad urbem praedictam venit angelo duce et prospero vento flante. Et invento aperto carcere sancti Matthaei eoque viso flevit plurimum et oravit. Tunc Dominus Matthaeo reddidit beneficium duorum luminum, quibus eum privaverat nequitia peccatorum.

Matthaeus autem ab inde recessit et Antiochiam venit. Andrea vero Margundia remanente irati illi de evasione sancti Matthaei Andream apprehendunt et per plateas ligatis manibus pertrahunt; cumque eius sanguis efflueret, pro iis oravit et ad Christum eos sua oratione convertit. Inde in Achaiam proficiscitur.

Hoc autem, quod dicitur de huiusmodi liberatione Matthaei et restitutione duorum luminum per Andream, non puto dignum fidei, ne in tanto evangelista minoratio infima

1 Der heilige Apostel Andreas

Andreas und Matthäus

Nach dem Aufstieg des Herrn in den Himmel gingen die Apostel auseinander: Andreas predigte in Skythien (nördlich des Schwarzen Meeres), Matthäus aber in Margundia (vielleicht auf der Krim). Doch die Bewohner dieses Landes wollten seine Predigt gar nicht hören. Sie stachen Matthäus die Augen aus, legten ihn in Ketten und warfen ihn ins Gefängnis. Nach einigen Tagen wollten sie ihn töten. In der Zwischenzeit erschien Andreas ein Bote des Herrn und befahl ihm, zu Matthäus nach Margundia zu gehen. Als Andreas erwiderte, er kenne den Weg nicht, forderte ihn der Bote auf, zur Küste des Meeres zu gehen und das erste Schiff, das er dort finde, zu besteigen. Andreas gehorchte sofort und kam unter der Führung des Boten und mit günstigem Wind in der genannten Stadt an. Dort wurde er ohne Weiteres in den Kerker des heiligen Matthäus eingelassen; als er ihn erblickte, weinte er sehr und betete für ihn. Darauf gab der Herr Matthäus die Kraft seiner beiden Augen zurück, die ihm die Bosheit der Sünder geraubt hatte.

Matthäus aber verließ die Stadt und ging nach Antiochia. Andreas blieb jedoch in Margundia. Aus Zorn über die Flucht des Matthäus packten ihn die Leute und schleppten ihn mit gebundenen Händen durch die Stadt, und obwohl er aus vielen Wunden blutete, betete er für seine Peiniger und bekehrte sie mit seinem Gebet zu Christus. Darauf ging er nach Achaia (Griechenland).

Was über Matthäus' Befreiung und die Wiederherstellung seines Augenlichtes durch Andreas erzählt wird, halte ich allerdings nicht für glaubwürdig. Denn das würde doch

denotetur, quasi sibi non potuerit obtinere, quod Andreas ei tam facile impetravit.

Quidam iuvenis nobilis dum invitis parentibus apostolo adhaesisset, parentes eius domum, in qua morabatur cum apostolo, succenderunt. Cumque iam in altum flamma succresceret, puer accepta ampulla super ignem sparsit et statim ignem exstinxit illis autem dicentibus: »Filius noster magus est effectus.« Dum per scalas vellent ascendere, a Deo sunt excaecati, ut ipsas scalas penitus non viderunt. Tunc quidam exclamans ait: »Ad quid vos stulto labore consumitis? Deus pugnat pro iis et vos non videtis. Cessate iam, ne in vos ira Dei descendat.« Multi ergo videntes Domino crediderunt, parentes vero eius post quinquaginta dies mortui in monumento sunt positi.

Quaedam mulier cuidam homicidae coniuncta cum parere non posset, sorori suae dixit: »Vade et pro me Dianam dominam nostram invoca.« Cui invocanti ait diabolus: »Cur me invocas, cum tibi prodesse non possim? Sed vade ad Andream apostolum, qui sororem tuam poterit adiuvare.« Ad quem cum ivisset et apostolum ad sororem periclitant-

die Bedeutung des so großen Evangelisten außerordentlich herabsetzen, als ob er sich nicht selbst hätte beschaffen können, was Andreas für ihn so leicht erreichte.

Die Brandstifter

Ein junger Mann aus guter Familie hatte sich gegen den Willen seiner Eltern dem Apostel Andreas angeschlossen. Daraufhin zündeten die Eltern sein Haus an, wo er sich mit dem Apostel aufzuhalten pflegte. Als die Flammen schon hoch aufloderten, nahm der Junge ein Fläschchen und goss es auf das Feuer. Auf diese Weise löschte er es sofort. Seine Eltern aber behaupteten daraufhin: »Unser Sohn ist ein Zauberer geworden.« Als sie dann mit einer Leiter zu ihm hinaufsteigen wollten, ließ Gott sie blind werden, so dass sie die Sprossen der Leiter gar nicht mehr sehen konnten. Da rief jemand laut: »Wozu strengt ihr euch so sinnlos an? Gott kämpft für sie, und ihr merkt es nicht. Macht euch davon, damit Gottes Zorn nicht über euch komme.« Durch dieses Erlebnis fanden viele zum Glauben an den Herrn. Die Eltern des jungen Mannes aber starben fünfzig Tage später und wurden in ein Grab gelegt.

Das Kind des Mörders

Als eine Frau, die einen Mörder geheiratet hatte, nicht gebären konnte, sagte sie zu ihrer Schwester: »Geh los und rufe für mich unsere Göttin Diana an.« Diese rief also die Göttin an, und da sagte der Teufel zu ihr: »Warum rufst du mich an, wo ich dir doch gar nicht nützlich sein kann? Wende dich lieber an den Apostel Andreas, der deiner Schwester helfen kann.« Darauf ging sie zu dem Apostel und führte ihn zu ihrer kranken Schwester. Der Apostel

tem duxisset, dicit ei apostolus: »Recte hoc pateris, quia male duxisti, male concepisti et daemones consuluisti. Sed tamen poenitere et in Christum crede et puerum proice.« Qua credente abortivum protulit et dolor cessavit.

Senex quidam nomine Nicolaus adiit apostolum dicens: »Domine, ecce septuaginta anni vitae meae sunt, in quibus semper luxuriae deservivi. Accepi autem aliquando evangelium orans Deum, ut mihi amodo continentiam largiretur. Sed in ipso peccato inveteratus et a mala concupiscentia illectus statim ad opus solitum revertabar. Quadam igitur vice concupiscentia inflammatus oblitus evangelii, quod super me posueram, ad lupanar ivi statimque meretrix dixit mihi: »Egredere, senex, egredere, quia angelus Dei es, tu ne me contingas neque huc accedere praesumas: Video enim super te mirabilia.« Stupefactus ad verba meretricis recolui, quod mecum evangelium detulissem. Nunc igitur, sancte Dei, pro salute mea tua pia oratio intercedat.« Audiens hoc beatus Andreas flere coepit et a tertia usque ad nonam oravit et surgens noluit comedere, sed ait: »Non comedam, donec sciam, si Dominus miserebitur huius senis.« Cumque diebus quinque ieiunasset, venit vox ad Andream

sprach zu ihr: »Du leidest aus gutem Grund. Denn du hast eine schlimme Ehe geschlossen, auf böse Weise dein Kind empfangen und die Dämonen angerufen. Aber bereue wenigstens. Glaube an Christus und bring dein Kind zur Welt.« Sie wurde gläubig, gebär ein totes Kind und wurde von ihren Schmerzen geheilt.

Der alte Sünder

Ein alter Mann mit Namen Nikolaus wandte sich mit folgenden Worten an den Apostel Andreas: »Herr, ich bin nun schon siebzig Jahre alt und habe immer der Zügellosigkeit gefrönt. Einmal aber nahm ich das Evangelium zur Hand und bat Gott, er möge mir von nun an Selbstbeherrschung verleihen. Doch weil ich mein Leben lang ein Sünder war und immer wieder durch böse Begierde verführt wurde, kehrte ich sofort zu meinem gewohnten Verhalten zurück. Eines Tages packte mich also wieder flammende Begierde; ich dachte nicht mehr an das Evangelium, dem ich mich unterworfen hatte, und ging in ein Bordell. Sofort sagte eine Prostituierte zu mir: ›Geh fort, alter Mann, denn du bist ein Engel Gottes. Fass mich nicht an und komm mir nicht zu nahe: Denn ich sehe, an dir ist ein Wunder geschehen.‹ Ich erschrak über die Worte der Prostituierten, und mir fiel ein, dass ich das Evangelium mitgebracht hatte. Jetzt also, heiliger Mann Gottes, möge dein frommes Gebet für mein Heil wirken.« Als der heilige Andreas dies hörte, begann er zu weinen und betete von der dritten bis zur neunten Stunde (also etwa von 9 bis 15 Uhr). Dann stand er auf, wollte aber nicht essen, sondern sprach: »Ich will erst wieder essen, wenn ich weiß, ob der Herr Erbarmen haben wird mit diesem alten Mann.« Als Andreas fünf Tage gefastet hatte,

dicens: »Obtines, Andrea, pro sene. Sed sicut per ieiunium macerasti te, sic se et ipse affligat ieiuniis, ut salvetur.« Sicque fecit et in sex mensibus in pane et aqua ieiunavit et postmodum plenus bonis operibus in pace requievit. Venit igitur vox ad Andream dicens: »Per orationem tuam Nicolaum, quem perdideram, acquisivi.«

Quidam iuvenis Christianus secretius sancto Andreae dixit: »Mater mea pulchrum me videns de opere me illicito tentat. Cui dum nullatenus assentirem, iudicem adiit, volens in me crimen tantae nequitiae retorquere, sed ora pro me, ne moriar tam iniuste, nam et accusatus penitus reticebo malens vitam perdere quam matrem meam tam turpiter infamare.« Iuvenis igitur ad iudicium vocatur et illuc eum Andreas prosequitur. Accusat constanter mater filium, quod se voluerit violare. Interrogatus pluries iuvenis, an res taliter se haberet, nihil penitus respondebat. Tunc Andreas matri dixit: »Crudelissima feminarum, quae per tuam libidinem unicum filium vis perire.« Tunc illa praeposito dixit: »Domine, huic homini filius meus adhaesit, postquam hoc agere voluit, sed nequivit.« Iratus itaque iudex iussit puerum in saccum linitum pice et bitumine mitti et in flumen proici, Andream vero in carcere reservari, donec excogitaret

hörte er eine Stimme: »Andreas, du hast Erfolg mit deinem Gebet für den alten Mann. Aber wie du dich mit Fasten gequält hast, so soll auch er fasten, damit er gerettet werden kann.« Das tat er und fastete sechs Monate lang bei Wasser und Brot. Und nachdem er noch viele gute Werke vollbracht hatte, entschlief er in Frieden. Darauf sprach wieder eine Stimme zu Andreas: »Durch dein Gebet habe ich Nikolaus, den ich verloren hatte, wiedergefunden.«

Der neue Hippolyt

Ein junger Christ wandte sich vertrauensvoll an den heiligen Andreas: »Meine Mutter sah, wie schön ich bin, und wollte mich verführen. Da ich ihr nicht im Geringsten nachgab, zeigte sie mich an. Sie wollte mir dieses schwerwiegende Verbrechen zuschieben. Aber bete für mich, damit ich nicht auf so ungerechte Weise mein Leben verliere. Denn auch wenn ich angeklagt bin, werde ich schweigen. Lieber will ich sterben als meine Mutter in einen so üblen Ruf bringen.« Der junge Mann wird also vor Gericht gestellt, und Andreas begleitet ihn dorthin. Unbeirrt klagt die Mutter ihren Sohn an, dass er sie habe vergewaltigen wollen. Der junge Mann wird mehrmals gefragt, ob dies zutreffe. Er gab aber keine Antwort. Dann sagte Andreas zu der Mutter: »Du grausamste aller Frauen, du willst, dass dein einziger Sohn ein Opfer deiner Begierde wird.« Darauf sprach die Frau zu dem Richter: »Herr, mein Sohn hat sich diesem Menschen angeschlossen, als er mit seinem Vorhaben keinen Erfolg hatte.« Daraufhin befahl der Richter voll Zorn, den Jungen in einen mit Pech und Asphalt getränkten Sack zu stecken und in den Fluss zu werfen, Andreas aber in den Kerker zu sperren, bis er sich die Strafe ausge-